Micha demorasti coheredes xpi uastationem in
adnuntiat filiae latrones & obsidionem ponit
contra eam quia maxillam percusserit iu
dices israhel.

INCIPIT MICHA PROPHET

Verbū dn̄i qđ factū est ad micha morasthiten indieb
ioatham achaz ezechię regū iuda qđ uidit sup sama
riam & hierusalem. Audite populi omnes & ad
tendat terra & plenitudo eius. & sit dn̄s ds̄ uobis intestem
dn̄s de templo sc̄o. Quia ecce dn̄s egredietur de loco suo. &
discendit & calcabit sup excelsa terrae. & consumentur
montes subtus eum. & ualles scindentur sicut cera
a facie ignis. sicut aquae quae decurrunt in praeceps.
in scelere iacob omne istud. & in peccatis domus isrl.
quod scelus iacob nonne samaria & quae excelsa iudae.
Nonne hierusalem. & ponam samariā quasi aceruū
lapidum in agro cum plantatur uinea. & detraham
in uallem lapides eius & fundamenta eius reuelabo. & om
nia sculptilia eius concidentur. & omnes mercedes
eius comburentur igni. & omnia idola eius ponam in p
ditionē. quia de mercedibus meretricis reuertentur.
super hoc. plangam. & ululabo uadam spoliatus & nu
dus. faciā planctū sicut draconū & luctum quasi
strutionū. Quia disperata ē. plaga eius quia uenit.
usque ad iudam. tetigit. portam populi mei usque ad
hierusalem. in gath. nolite adnuntiare lacrimis.
ne ploretis. in domo pulueris puluere uos conspargite.

& tranſite uob habitatio pulchra confuſia ignominia. Non ē
egreſſa quae habitat in exitu planctu. Domus uicinae accipi&
ex uob quae ſtetit ſibimet quia infirmata eſt in bonu quae habitat
in amaritudinibus. Quia deſcendit malu a dno in portam hie
ruſalem tumultus quadrigae ſtuporis habitanti in lachis prin
cipiu peccati eſt filiae ſion. Quia inuenta ſunt ſcelera iſrl.
Propterea dabit emiſſorios ſup hereditate geth. domus men
dacii in deceptionem regib; iſrl adhuc heredem adducam
tibi quae habitas in mareſa uſq; adollam ueniet gloria
iſrl decaluare & condere ſup filios diliciaru tuaru. dilata
caluitiu tuu ſicut aquila qm captiui ducti ſunt ex te. Uae qui
cogitatis inutile & operamini malu in cubilibus uris. In luce
matutina faciunt illud. qm contra dnm ē manus eoru & con
cupier agros & uiolent tuler & domus rapuerunt & calum
niabantur uiru & domum eius uirum & hreditatem eius. Id
circo haec dicit dns ds. ecce ego cogito ſup familia iſtā malum
unde non auferetis colla ueſtra & non ambulabitis ſuperbi
qm tempus peſſimum ē. In die illa ſumetur ſup uos parabula
& cantabitur canticu cum ſuauitate dicentiu. depopulatione
uaſtati ſumus pars populi mei conmutata eſt. Quomodo rece
det a me cum reuertatur. qui regiones noſtras diuidet.
Propter hoc non erit tibi mittens funiculum ſortis in coetum
dni. ne loquamini loquentes non ſtillabit ſup iſtos non conprehen
det confuſio. dicit domus iacob. numquid adbreuiatus ē ſps
dni aut tales ſunt cogitationes eius nonne uerba mea bona
ſunt cum eo qui recte graditur. & contrario populus meus
in aduerſarios conſurrexit deſup tunicam pallium ſuſ
tuliſtis eos qui tranſibunt ſimpliciter conuerſi in bellu.

mulieres populi mei eiecistis de domo dilitiarū suarū a paruulis eorū
tulistis laudem meam in perpetuū. Surgite & ite quia non habetis hic
requiem ppt inmunditiam eius corrumpetur putredine pessima
Utinam non essem uir habens spm & mendatiū potius loquerer stil
labo tibi in uinū & in aebrietate & erit sup quem stillatur populus
iste congregatione congregabo iacob totū te in unum conducam
reliquias isrl. pariter ponam illū quasi gregem in ouili quasi pecus
in medio caularū tumultuabuntur a multitudine hominū ascendet
enim pandens iter ante eos diuident & transibunt portam &
egredientur p eam & transibit rex eorū coram eis & dns in ca
pite eorum. & dixit audite iacob & duces domus isrl. Num
quid non uestrum est scire iudiciū qui odio habetis bonū & diligitis malū
qui uiolent tollitis pelles eorū desup eis & carnem eorū desup
ossibus eorū qui comeder carnem populi mei & pellē eorū
desup excoriauer & ossa eorū confreger & concider sicut
in lebete & quasi carnem in medio ollae. Tunc clamabunt
ad dnm & non exaudiet eos & abscondit faciem suam ab eis. In
tempore sicut nequiter eger in adinuentionibus suis. Haec dicit
dns sup pphetas qui seducunt populū meū qui mordent dentibus
suis & praedicant pacem. & si quis non dederit in ore eorū
quippiam scificant sup eum proeliū. Propterea nox uobis
p uisione erit & tenebrae uob p diuinatione. & occumbet sol
sup pphetas & obtenebrabitur sup eos dies & confundentur
qui uident uisiones & confundentur diuini & operient uultos
suos omnes quia non responsū di. Uerumtamen ego repletus
sū fortitudine sps dni iudicio & uirtute ut adnuntiē iacob
scelus suū & isrl peccatum suū. Audite haec principes do
mus iacob & iudices domus isrl qui abhominamini iudicium &

omnia recta peruertunt quia edificatis sion in sanguinibus &
hierusalem in iniquitate principes eius in muneribus iu
dicabant & sacerdotes eius in mercede docebant & pro
ph&ae eius in pecunia diuinabant & sup dn̄m requiesce
bant dicentes Numquid non dn̄s in medio nostrorum
non ueniemt sup nos mala propter hoc causa uestri sion
quasi ager arabitur & hierusalem quasi aceruus la
pidum erit & mons templi in excelsa siluarū & in no
uissimo dierum erit mons dn̄i praeparatus in uertice
montiū & sublimis sup colles & fluent ad eum populi
& properabunt gentes multae & dicent uenite ascendamus
ad montē dn̄i & ad domum dī iacob & docebit nos de uiis
suis & ibimus in semitis eius quia de sion egredietur lex &
uerbum dn̄i de hierusalem & iudicabit inter populum mul
tum & corripiet gentes fortis usq; in longinquum & con
cident gladios suos in uomeres & hastas suas in ligones
non sumet gens aduersum gentē gladium & non discent
ultra belligerare & sedebit uir subtus uineam suam &
subtus ficum suum & non erit qui deterreat quia os
dn̄i exercituum locutum est quia omnes populi ambu
labunt unusquisq; in nomine dī sui nos autē ambulabimus
in nomine dn̄i dī nr̄i in aeternum & ultra in die illa dicit
dn̄s & congregabo claudicantem & eam quam eiecerā colligam
& quam adflixerā & ponā claudicantem in reliquias & eā
quae laborauerat in gentē robustam & regnauit dn̄s sup
eos in monte sion ex hoc nunc & usq; in aeternū & tu tur
ris gregis nebulosa filia sion usq; ad te ueniet & potestas
prima regnum filiae hierusalem nunc quare merore

contraheris · numquid rex non ē tibi aut consiliarios tuos ·
perit quia conprehendit te dolor sicut parturientem ·
dole & satage filie sion quasi parturiens quia nunc egre
dieris de ciuitatem & habitabis in regione & uenies ·
usque ad babylone ibi liberaberis ibi redemit te dns
de manu inimicorũ tuorũ & nunc congregatae sunt sup
te gentes multae quae dicunt lapidetur & aspiciat in
sion oculos noster ipsi autẽ non cognouerũ · cogitationes
dni · & non intellexerũ · consilium eius quia congregauit
eos quasi faenum areae surge & tritura filia sion quia
cornu tuũ ponã ferreum & ungulas eorum ponam aere
as · & comminues populos multos & interfaciam dno ra
pinas eorũ & fortitudinẽ eorum dno uniuersae terrae ·
nunc uastaueris filia latronis & obsidionẽ posuerunt ·
super nos in uirga percutiant maxillã iudicis isrl · &
tu bethlem eufratha paruulus es in milibus iuda & te mihi
egredietur qui sit dominatur in isrl · & egressus eius ab ini
tio a diebus aeternitatis propter hoc dabit eos usque
ad tempus in quo parturiens pariet & reliquiae fratrũ
eius conuertentur ad filios isrl · & stabit & pascet
in fortitudinẽ dni in sublimitate nominis dni di sui &
conuertentur quia nunc magnificabitur usque ad
terminos terrae & erit iste pax dicit dns assyrius ·
cum uenerit in terrã nostrã & quando calcauerit in
domibus nostris & suscitauimus super eum septem pas
tores & octo primates homines & pascent terram ·
asur in gladio & terrã nembrod in lanceis eius ·
& liberabit ab asur cum uenerit in terrã nostrã ·

& cū calcaberit in finibus nostris. & erunt reliquiae iacob
in medio populorū multorū quasi ros a dño & quasi stillae
sup herbam quae non expectat uirū & non praestolatur filios
hominū. & erī reliquiae iacob in gentib; in medio populorū
multorū multorū quasi leo in iumītis siluarū & quasi catulus
leonis in gregib; pecorū qui cū transierit & conculcauerit
& coeperit non est qui eruat & altabitur manus tua super
hostes tuos & omnes inimici tui interibunt. & erit in die
illa dicit dns. Auferam aequos tuos de medio tui. & dispdam
quadrigas tuas & perdam ciuitatis terrae tuae & distru
omnes monitiones tuas & auferam maleficia de manu tua
& diuinationes non erī in te. & perire faciam sculptilia tua
& statuas tuas de medio tui & non adorabis ultra opera
manuū tuarū. & euellam locustas tuos de medio tui.
& conteram ciuitates tuas. & faciam in furore & in
indignatione ultionem in omnib; gentib; quae non audi
erī. Audite quae dns loquitur. surge contende iudicio
aduersus montes & audiant colles uocem tuam. audiant
montes iudiciū dñi. & fortia fundamīta terrae quia
iudiciū dñi cū populo suo. & cū isrl diiudicabitur popule
meus quid feci tibi & quid molestus fui tibi responde
mihi qui eduxi te de terra aegypti de domo seruien
tium liberaui te & misi ante faciem tuam moysen
& aaron & mariam popule meus. Memento quaeso
quid cogitauerit balaac rex moab & quid responderit
ei balaam filius beor de sedechim usq; ad galgalam
ut cognosceres iustitias dñi. quid dignū offeram dño
curuabo genu dō excelso. Num quid offeram ei holocau
mata

et uitulus anniculus. num quid placari potest dns in milibus arietu̅ 147
aut in multis milibus hircor pinguiu̅. numquid dabo primogenitu̅
meu̅ p scelere meo fructum uentris mei p peccato animae meae. In-
dicabo tibi homo quid sit bonu̅ et quid dns requirat a te. utique
facere iudiciu̅ et diligere misericordia̅ et sollicitu̅ ambulare
cum do tuo. uox dni ad ciuitatem clamat et erit salus
timentibus nomen tuu̅. audite tribus et quis adprobabit illud. adhuc
ignis in domo impii thesauri iniquitatis et mensura minor
repleta. numquid iustificabo stateram impia̅ et sacella ponderu
dolosa in quibus diuitiae eius repleti sunt iniquitate et habitantes
in ea loquebantur mendaciu̅ et lingua eor fraudulenta in ore eor.
Et ego ergo coepi percutere te perditione sup peccatis tuis
tu comedes et non saturaberis et humiliatio tua in medio tui et ad
prehendis et non saluabis. non metes tu torquebis. et quos saluabis
in gladiu̅ dabo. tu seminabis non metes tu torquebis oliua̅ et non ungeris
oleo et mustum et non bibes uinu̅ et custodisti precepta umbri et omne
opus domus achab. ambulasti in uoluntatibus eor ut darem te in pditione
et habitantes in ea in sibilu̅ et in opprobriu̅ populi mei portabitis.
Uae mihi quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemus
uindimiae non est botrus ad comedendum p̄coquas ficus desiderauit
anima mea. periit scs de terra et rectus in hominibus non est omnes
in sanguine insidiantur uir fratrem suu̅ uenatur ad mortem
malu̅ manuu̅ suarum dicunt bonum princeps postulat et iudex
et magniloquitus est desideriu̅ animae suae et conturbauerunt ea̅
qui optimus est in eis quasi paliurus et qui rectus quasi spina de sepe
dies speculationis tuae uisitatio tua uenit. nunc erit uastitas eor.
nolite credere amico et nolite confidere in duce. ab ea quae dormit
in sinu tuo custodi

claustra oris tui quia filius facit contumeliā facit
patri filia consurgit aduersus matrem suā nurus contra
socrum suam inimici hominis domestici eius. Ego autē
ad dnm aspiciā expectabo dm̄ saluatorem meum. Audiet
me ds meus ne leteris inimica mea sup me quia cecidi.
consurgam cū sedero in tenebris dns lux mea ē. Iram dni
portabo quoniā peccaui ei donec iudicet causam meā
et faciat iudiciū meū educet me in lucem uidebo iusti
ciā eius et aspiciat inimica mea et operietur confusio
nem que dicit ad me ubi ē dns ds tuus oculi mei uidebunt
in ea in conculcatione ut lutū platearū dies ut edificentur
macherię tuę. In die illa longe fiet lex. In die illa et usque
ad te ueniet assur et usque ad ciuitates munitas et a ciuita
tibus munitis usque ad flumen et a mare de mari. et ad
montem de monte. Et erit terra in desolationem propter
habitatores suos et ppt fructū cogitationū eorū. Pasce
populū tuū in uirga tua gregem hereditatis tuę habi
tantes solus in saltu in medio carmeli pascent basan
et galaad iuxta dies antiquos. Secdm dies egressionis
tuę de terra egypti ostendam ei mirabilia. Uidebunt
gentes et confundentur sup omni fortitudine sua
ponent manus sup os. Aures eorū surdę erunt. Lingent
puluerem sicut serpens uelut reptilia terrę pturbabunt
de edibus suis dnm dm̄ nrm desiderabunt et timebunt
te. Quis ds similis tui qui aufert iniquitatē et transis
peccatū reliquiarū hereditatis tuę. Non inmittet ultra
furorem suū. quoniā misericordiā ē uolens. et mise
rebi nri

deponet iniquitates nostras et proiciet in profundum maris omnia peccata
nostra dabis ueritatem iacob misericordiam habraham quae iu-
rasti patribus nostris a diebus antiquis.
Deus emulator et ulciscens dominus ulciscens dominus et habens
furorem ulciscens dominus in hostes suos et irascens
ipse inimicis suis dominus paciens et magnus fortitudine
et mundans faciet innocentem dominus in tempestate et turbine
uie eius et nebule puluis pedum eius increpans mare et ex-
siccans illud et omnia flumina ad desertum deducens.
infirmatus basan et carmelus et flos libani elanguit montes
commoti sunt ab eo et colles adsolati sunt et contremuit terra
a facie eius et urbs omnes et habitantes in eo ante faciem in-
dignationis eius effusa est ut ignis et petre desolute sunt ab eo
bonus dominus et confortans in die tribulationis et sciens sperantes in
se et in diluuio pretereunte consummationem faciet loci eius
inimicos eius persequentur tenebre quid cogitatis contra dominum
consummationem faciet non consurget duplex tribulatio quia sicut
spine se inuicem complectuntur sic conuiuium eorum pariter potantium
consumentur quasi stipula ariditate plena. ex te exibit cogitans
contra dominum malam mentem pertractans preuaricationem.
Haec dicit dominus si perfecti fuerint et ita plures sic quoque adtondentur
et pertransibit adflixi te et non adfligam te ultra et nunc
conteram uirgam eius de dorso tuo et uincula tua disrumpam
et precipiet super te dominus et non seminabitur ex nomine tuo amplius
de domo dei tui interficiam sculptile et conflatile ponam
sepulchrum tuum quia inhonoratus es. Ecce super montes pedes
euangelizantis et adnuntiantis pacem. Celebra iuda festiui-
tates tuas